

A sodalibus
ATHENAEI ILLISTRIS
Universitatisque Amstelodamensis
solemniter convocatur ad
LATINITATIS CONVENTUM

Saturni die, 16^o m. Martii, anno 2013, ab hora 13.00 ad 17.00
in Sacculo Sororum Agnis AMSTELODAMI, OUDEZIJDS VOORBURGWAL 229-231

Utrum illi callidiores fuerint an potius nos stolidiores?

QUAMVE OB REM HOMINES PER TOT SAECULA LATINAM LINGUAM ET SCRIBENDO ET LOQUENDO APPRIME NOVERINT, NUNC AUTEM PLURIMI DE EADEM PERDISCENDA OMNINO DESERENT

*quibusve methodis maiores nostri sermonem Latinum didicerint eodemque usi sint,
& quomodo nos nunc remoto usu eundem frustra discere insudemus.
Orationes Latine atque Anglice habebuntur ab illustrissimis*

**A L O I S I O
Miraglia**

(Academiae Vivari Novi, Romae).

*M a r t o l a
D A P S E N S*

(Scholae Novae).

*T h o m a
B E R V O E T S*

(Athenei Illustris).

Quare, agendum!, quisquis es, linguae Latinae studiose,
accurre huc ad hos oratores audiendos et alloquendos:
orationibus enim peractis, colloquium instituetur
omnibusque facultas erit *Latine, Anglice,*
Batavice sermocinandi.

Postea bibendumst.

**Davide
Rijser**

(Universitatis Amstelodamensis).

**G E O R G I O
T Á R R E G A**

(Universitatis Valentinae).

**SEBASTIANO
Bommel**

(Universitatis Traiectinae).

*G e o r g i o
L A M I N A R I O*

(UNIVERSITATIS CAROLINAE PRAGENSIS).

Camillo SCHUTTE (Athenei Illustris) &
Aloisia Aguilar (Universitatis Valentinae)
moderantibus.

ATHENAEI ILLISTRIS
AMSTELODAMI ANNO MMXII RENATI

LATINITATIS CONVENTUS

celebrandus

Amstelodami

Agnietenkapel, UvA

Saturni die 16^o m. Martii a. 2013

ab hora 13.30 ad 17.00

sodalibus Universitatis Studiorum Amstelodamensis cooperantibus



AGENDA

- 13.00-13.30 Participes in Sacello excipientur
- 13.30-13.40 **Camillus (Camilo) Schutte** (*Athenaei Illustris*)
Verba adititalia
- 13.40-14.00 **Sebastianus Petrus (Bas) van Bommel** (*Universitatis Studiorum Traiectinae (Utrecht)*)
De rationis linguam Latinam vivo sermone docendi occasu
“Hac in oratione arguam non iure Latinitatis vivae defensores culpam vivo sermone docendi rationis occasus in philologos Theodiscos conferre solere. Exemplis variis illustrabo Theodiscos philologiae magistros per totum saeculum undevicesimum linguam Latinam vivo sermone docuisse. Deinde feram de veris Latinitatis vivae lapsus causis, quas non in ipsa quam dicimus grammatical methodo, sed in novo de antiquitate modo cogitandi repperi, quem post bella illa horrida demum ortum esse ostendere conabor.”
- 14.00-14.20 **Georgius (Jorge) Tárrega** (*Universitatis Studiorum Valentinae*)
Controuersia de Lingua Latina loquenda in Hispania habita saec. XVI
“Saeculo XVI exeunte orta est in Universitate Studiorum Salmanticensi in Hispania magna controversia de Lingua Latina loquenda in scholis. Franciscus Sanctius Brocensis, qui tunc temporis munere professoris Rhetoricae Latinae fungebatur, edidit in lucem epistulam cuius index erat “Latine loqui corruptit ipsam Latinitatem”. Quid prorsus ille sibi voluerit quibusque de causis sit prolata sententia, paucis absolvemus, quo melius possimus protinus deliberare utrum proficiat Latino uti sermone hisce temporibus in scholis nostris necne.”
- 14.20-14.40 **Georgius (Jiří) Čepelák** (*Universitatis Carolinae Pragensis & Academiae Vivarii Novi*)
Bohemia Latina? sive de Latinitatis apud Bohemos sorte ac fortuna
Docta appellata est olim Bohemia, in qua Latinitatis studia ex Belgica Bataviaque translata ne bella quidem religiosa ecclesiaeque reformatio prisca exstingue revaluerunt, quaeque Pontanum, Balbinum, Comenium aliosque edidit viros, quorum summum exilio multatum Batavia recepit. Ubi nunc illa versatur

doctrina, ubi nunc illa latent studia, quae nunc eorum est fortuna? De his argumentis necnon de rerum, quae nunc sunt, causis breviter disserere conabor.

14.40-15.00	David Rijser (Universitatis Amstelodamensis) Nineteenth Century Classics and the Perils of Latinity “Fundamental changes in classical education occurred in the 19th Century. The lecture explores causes and effects of these changes, and to what extent the debate at the time still poses relevant questions to us today.”
15.00-15.20	PAUSA
15.20-15.40	Mariola (Marion) Dapsens (Scholae Novae) De prostrata linguarum antiquarum condicione in Belgio et de Schola Nova “Condicione, in qua paedagogia linguae Latinae in Belgio versatur, enarrata, de Schola Nova eiusque methodis disseram necnon libros aliaque subsidia didactica ibi adhibita ostendam.”
15.40-16.00	Thomas Bervoets (Athenaei Illustris) Rectus pronuntiatus maximi momenti “Quamvis Latine loquentes per saecula varios pronuntiandi modos adhibuerint et docuerint, maximi momenti est textus antiquos pronuntiatu restituto, qui dicitur, legi. Tantum si discipuli ab initio carmina textusque antiquos bene pronuntiare iam inde ab studiorum initio discunt, eorundem operum pulchritudinem ac venustatem bene penitusque percipere possunt.”
16.00-16.20	Aloisius (Luigi) Miraglia (Academiae Vivarii Novi) De causis corruptae institutionis Latinae
16.20-16.45	Disputatio et conclusio Aloisia (M ^a Luisa) Aguilar et Camillo (Camilo) Schutte moderantibus

De locuturis

Aloisia (María Luisa) Aguilar studia *Philologiae Classicae* in Universitate Studiorum Valentina (Hispania) annos 2001- 2005 secuta, curriculum in universitate Monasterii (Münster, Germania) anno 2006 absolvit, quo anno lauream impetravit. Annos 2007-2008 pericula publica paravit quae subivit anno 2008 munusque obtinuit, ex quo anno linguam Latinam in lyceo oppidi Podii (El Puig, Valentiae) profitetur. Ab anno 2010 laureae doctorali studet; anno 2011 *Diploma studiorum prosectorum* impetravit, nunc thesi doctorali de Varrone grammatico operam dat.

Thomas Bervoets, 66 annorum, in scholis superioribus publicis magister Latinus est. Postquam Arnhemiae, in urbe Gelriae, gymnasium absolvit, in studiorum universitate Noviomagensi studia exercuit, unde anno 1970 jurista evasit. Amstelodamum deinceps migravit, ubi in facultate iuridica universitatis Amstelodamensis ius gentium civile duodecim fere annos docuit et eius doctrinam investigavit. Universitate relicta variis muneribus in negotiis diversis functus est. Eisdem autem temporibus studiis litterarum Latinarum nullo magistro usus assidue incumbebat, in quibus praecipue pronuntiatui classico se dedidit, quo bene exercitatus est.

Sebastianus Petrus (Bas) van Bommel, natus Amstelodami anno Domini 1979, Universitate Amstelodamensi et Cantabrigiensi litteris classicis studuit. Nunc temporis Universitate Ultraiectina litteras classicas docet et operam dat thesi de linguis classicis instituendis in Gymnasiis Theodiscis saeculis XVIII et XIX.

Georgius (Jiří) Čepelák, XXIX abhinc annis Pragae in Bohemia natus, nomine ibidem Carolinae Studiorum Universitati, ut historiae rerum gestarum et litteris Latinis studeret, dato, in Academiam Vivarii novi, ubi nunc temporis artem Latine scribendi profitetur, missus est. In patria vero, ut unus ex Antiquis Linguis Fovendis Associationis, qua utriusque linguae magistros Bohemos congregantur, et Circuli Latini Prageni moderator, efficaciores docendi methodos divulgare conatur.

Mariola (Marion) Dapsens, in Belgio nata, per tres annos in Schola Nova studuit. Nunc philologiae classicae (quarto anno) operam dat in Universitate Studiorum Neolovaniensi. Cum Odilia, sorore sua, et Iuliano Claeys Bouüart, olim condiscipulo, Insulam Latinam Neolovaniensem condidit, qua cenea Latinae Graecaeque apponi solent.

Lucas (Luca) Lucchi, genere Italus, natus Brixiae anno 1970, sodalis est Academiae Vivarii novi, ubi res gestas Romanorum Latine profitetur. Magisterium litterarum antiquarum in Universitate Pisana consecutus, postea certamine totius Italiae superato linguam Latinam in Lyceis docere coepit, cuius rei usum iam longa experientia probatum viva etiam ratione docendi optimo successu adauxit.

Aloisius (Luigi) Miraglia, natus Neapoli anno 1965, doctoris gradum in litteris antiquis adeptus apud Universitatem Salernitanam, ubi thesin de historia sermonum antiquorum institutionis defendit, conditor est ac praeses Academiae Vivarii novi, in Urbe Roma sitae, ibique in Instituto Pontificio Altioris Latinitatis artem Latine Graeceque docendi et litteras Latinas recentiores profitetur. Sodalis praeterea Academiae Latinitati Fovendae, et conventibus omnium gentium ordinandis et libris symbolisque conscribendis novas atque efficaciores methodos ad linguis antiquas docendas universo in terrarum orbe terrarum provehit.

David Rijser, natus Amstelodami anno 1956, Magisterium linguarum antiquarum cum laude anno 1988 impetravit in Universitate Studiorum eiusdem urbis. Per multos annos linguas Latinam Graecamque in Gymnasio Barlaeano docuit, donec lauream, iterum cum laude, doctoralem assecutus est anno 2006, thesi de artium et Latinarum literarum coniunctione Aetate Artium Renascentium defensa. Abhinc linguam Latinam in Universitate Studiorum Amstelodami profitetur, Batavice Angliceque assidue libros symbolasque edidens de antiquorum cultu artibusque et de valde variis rebus quae ad ea attineant.

Abel Schutte, anno 1994 Amstelodami natus, linguis Latinae Gracaeque quattuor annos in Lyceo Amstelodamensi non sine sudore more Batavorum hodierno studuit, usque ad annum 2011, quo primum in Schola Nova et denique in Academia Vivarii novi methodo nova easdem didicit. Sodalis Athenaei Illustris inde ab initio est.

Camillus (Camilo) Schutte, anno 1970 Amstelodami natus, iuri in Universitatibus Studiorum Complutensi (Matriti) Amstelodamique studuit. Laurea doctoris hoc anno 1999 concessa, patroni causarum munus exercere coepit, primum Hagae et deinde Amstelodami ab anno 2004. Aliquot annos linguae Latinae in Universitate Amstelodamensi studuit. Anno 2012 Athenaeum Illustrum renatum condidit.

Georgius (Jorge) Tárrega linguam Latinam profitetur partim in Universitate Studiorum Valentina (Hispania) partim in lyceo 'El Grao' Valentiae sito. Postquam comparauit thesiunculam opus Taciti complectentem, thesin suam doctoralem super glottologiam Latinam defendit anno 2005. Edidit in lucem quasdam symbolas de Rethorica et Syntaxis Latinis atque habuit acroaseis in quibus pervulgavit novam, quae dicitur, rationem Linguae Latinae docendae.

De institutis

De Athenaeo Illustri

Athenaeum Illustrum, renatum illud, societas Amstelodamensis est, anno 2012 constituta, idest 380 annis post antiquum Athenaeum Illustrum anno 1632 conditum, quod tamen decursu saeculorum magno doctrinarum detimento iam dudum evanuit. Sodales huius novi Athenaei Illustris sibi hoc propositum habent, ut disciplinis, quotquot in orbe Occidentali floruerunt, docendis librisque de eisdem in lucem edendis eo modo faveant, ut curriculum studiorum in Universitatibus et

Gymnasiis Batavicis iam tritum et consuetum aliis subsidiis compleant. Est igitur circulus Latine loquentium, ad quem magistri ac professores qui Latine doceant aut acroases faciant saepicule invitantur.

Vide: www.athenaeumillustre.org

De Academia Vivarii novi

Haec schola, quae nullo religionis aut cuiusvis generis professionis vinculo detinetur, Romae sita est ibique a discipulis omnium fere orbis terrarum partium frequentatur, qui linguas antiquas non modo in scholis, verum etiam in quotidiano convictu discunt et pro sermone communi continenter usurpant. Quod quidem ita fit, ut illi bonarum litterarum restitutores, qui floruerunt aetate renatarum artium, suis operibus praeceperunt rati litterarum studiosos tantummodo lingua usurpantes eamque callentes textus traditos legere posse, neque improbo detegere labore. Hinc fit itaque ut colloquium pergere queamus cum scriptoribus ac poetis quicumque nostrorum maiorum memoria fuerunt claritate conspicui atque fundamina cultus Occidentalis iecerunt.

Vide etiam www.vivariumnovum.it

De Schola Nova

Schola Nova privatum est paedagogium, anno 1995 in Belgio conditum, cui nullis sumptibus res publica suppeditat. Ibi discipuli iam inde ab octavo aetatis anno usque ad duodecimimum, cum in ludo litterario tum in lyceo ad humanitatem informari possunt. Schola haec nova quindecim hisce annis inde dignitatem et famam sibi collegit, quod ratio, qua magistri ibi utuntur, praesertim in litteris Graecis et Latinis colendis. Magistri, qui in Schola nova docent, flagrant studio tradendi suas disciplinas, quas apprime callent, munusque iuvenes instituendi et educandi vehementer diligunt maximique faciunt; discipulorum parentes vero omnium rerum, quae in schola fiunt, participes esse solent.

Vide etiam www.scholanova.be

* * *

ATHENAEUM ILLUSTRE
AMSTELODAMI ANNO MMXII RENATI

www.athenaeumillustre.org

Latinitatis Conventus
Amstelodami anno MMXIII